

# Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Avli Gellii Noctivm|| Atticarvm Li-||bri Vndevi||ginti**

**Gellius, Aulus**

**Venetiis, 1515**

Capita Decimiseptimi Libri.

[urn:nbn:de:gbv:45:1-724024](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:45:1-724024)

Quæ ratio uocabuli sit agri uaticani. Cap. XVII.  
Lepida quædam memoratu, & cognitu de parte geome-  
triæ, quæ ὀμίονη appellatur. Et item alia, quæ με-  
τριον, & tertia itidem, quæ dicitur ναυονικη.

Caput XVIII.  
Sumpta ex historia Herodoti libro primo super fidia-  
ne Arione. Caput XIX.

CAPITA DECIMISEPTI  
MI LIBRI.

q uod Gallus Asinius, et Larius Licinius sen-  
tentia Marci Ciceronis reprehenderunt ex  
oratione, quam dixit pro M. Caelio. & qd  
aduersus homines stolidissimos pro eadem sententia  
uere dignèq; dici possit. Cap. I.

Verba quædam ex Q. Clau. annalium primo cursim in  
legendo notata. Cap. II.

Verba Marci Varronis ex libro quinto & uicesimo hu-  
manarum, quibus contra opinionem uulgariam inter-  
pretatus est Homeri uersum. Caput III

Quid Mænaner poeta Philemoni poetæ dixerit, à quo  
sepe indigne in certaminibus comœdiarum supera-  
tus est. et qd sepiissime Euripides in tragœdia ab igno-  
bilibus poetis uictus est. Cap. IIII.

Ne quaquam esse uerum, quod minutis quibusdam rheto-  
ricæ artificibus uideatur M. Cicer. in libro, quem de  
amicitia ascripsit uitioso argumento usum ἀμφοιβη  
τοῦ μερον. totumq; id consideratius tractatum, ex-

ploratumq;

Caput V.

falsum esse, quod Verrius Flaccus in librorum II. quos de obscuris M. Catonis composuit, de seruo receptio scriptum reliquit.

Caput VI.

Verba hæc ex Atinia lege quod subreptum erit, eius rei æterna authoritas esto, P. Nigidio, & Q. Scauole uisa esse non minus de præterito furto, quàm de futuro cauisse.

Caput VII.

In sermonibus apud mensam Tauri philosophi quæri, agitariq; eiusmodi solita. Cur oleû sæpe et facile uina rarius congelascant, acetum haud ferè unquam. Et cur aquæ flumiorum, fontiuq; durentur, mare gelis non duretur.

Caput VIII.

De notis literarum, quæ in C. Cæsa. epistolis reperiuntur, deq; alijs clandestinis literis ex ueteri historia petitis, & quid σκντάλι sit laconica.

Caput

IX.

Quid de uersibus Virgilij Phauorinus existimarit, qui bus in describenda flagratia montis Aetnae Pindarum poetam secutus est, collataq; ab eo super eadè re utriusq; carmina & dijudicata.

Caput

X.

Quod Plutarchus in libris symposiacis opinionem Platonis de habitu, atq; natura stomachi fistulaeq; eius, quæ τραχῆα dicitur aduersum Erasistratum medicum tutatus est, authoritate adhibita antiqui medici Hippocratis.

Cap. XI.

De materijs infamibus, quas græci ἀδόξους appellant, à Phauorino exercendi gratia disputatis.

Caput

XII.

Quin particula quot, qualesq; uarietates significationis habeat, & quam saepe in ueterum scriptis obscura sit.

Caput XIII.

Sententiae ex Publij mimis selectae lepidiores.

Caput

XIIII.

Quod Carneades Academicus helleboro stomachum purgavit, scripturus aduersus Zenonis stoici decreta, deq; natura, medelaq; hellebori candidi, & nigri.

Caput

XV.

Anates ponticas uim habere ueneris detegendis potentem, atq; inibi de Mithridatis regis in id genus medicamenti solertia.

Caput XVI.

Mithridatem Ponti regem duarum & uiginti gentium linguis locutum. Quisq; Ennium tria corda habere sese dixisse, quod tres linguas percullisset, Graecam, Oscanam, Latinam.

Caput XVII.

Quod M. Varro C. Sallustium historiae scriptorem deprehensum ab Anio Milone in adulterio scribit et loris caesum, pecuniaq; data dimissum.

Caput

XVIII.

Quid Epictetus philosophus dicere solitus sit hominibus nequam et impuris disciplinas philosophiae studiose tractantibus, & quae duo uerba obseruanda praecipit omnium rerum longe salubria.

Caput

XIX.

Ex symposio Platonis sumpta uerba numeris coagmentisq; uerborum scite, modulateq; et apte exercendi gratia in Latinam orationem uersa.

Caput XX.

Quibus temporibus post Romam conditam græci Ro-  
maniq; illustres uiri floruerint, ante secundum bel-  
lum Carthaginiensium. Caput XXI.

CAPITA DECIMIOCTAVI  
LIBRI.

Disputationes à philosopho stoico et contra à  
d peripatetico arbitro Phauorino factæ, quæsti-  
tumq; inter eos, quantum in perficienda ui-  
ta beata uirtus ualeret, quantumq; esset, in ijs, quæ  
dicuntur extranea. Caput I.

Quis modi quæstionum certaminibus saturnalia ludi-  
cra Athenis agitari soliti sumus, atque inibi inspersa  
quædam sophismata et ænigmata oblectatoria.

Caput II.

Quid Aeschines rhetor in oratione, qua Thimarchum  
de impudicitia accusant lacedæmonios statuisse dix-  
erit super sententia probatissima, quam improbatif-  
simus homo dixisset. Caput III.

Quod sul. A pol. prædicantem quendam à sese uno sal-  
lustij historias intelligi, illudit quæstione proposita,  
quid uerba ista apud Sall. significarent, per incertum  
solidior an uanior. Caput IIII.

Quod Q. Ennius in VII. annali quadrupes eques ac  
non quadrupes equus, ut legunt multi, scriptum reli-  
quit. Caput V.

Quod Helius Melissus in libro titulum fecit de loquendi